
WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

D. MICHAELIS ALBERTI
SACR. MAI. REG. BORVSS. AVLICI ET CONSISTORII MAGDEB. CONSILIAR. MEDIC. ET PHILOS. NATVR. PROF. PVBL. ORDIN. ACAD. CAESAR. NATVR. CVR. COLLEGAE ET SOCIET. SCIENT. REG. BORVSS. BEROL. SODALIS. &c.

TENTAMEN LEXICI REALIS

OBSERVATIONVM MEDICARVM, EX VARIIS AVTHORIBVS SELECTARVM,

IN VSVM LITTERATVRAE MEDICAE

AD SVFFRAGIA PERITORVM ET DOCTORVM VIRORVM CONFERENDA ET ALLEGANDA,

EDITVM,

OMNIVMQVE FACVLTATVM APPLICATIONI COMMENDATVM



HALAE MAGDEBVRGICAE
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI
M DCC XXVII.

ILLVSTRI, PRAENOBILI AMPLISSIMOQVE
FAMA MERITISQVE PRAECLARO
DOMINO
DN. IOHANNI KÜHTZE
POTENTISSIMI AVGVSTISSIMIQVE
REGIS BORVSSIAE CONSILIARIO REGIAE
CAMERAE INTIMO,
VT ET GENERALIS FISCALIS ET DOMANIALIS
DIRECTORII QVAESTORI
FIDELISSIMO DEXTERRIMOQVE,
DOMINO FAVTORI AC AFFINI SVO
OMNI HONORIS, AMORIS ET OFFICIOSITATIS
CVLTV PROSEQVENDO
SALVTEM ET PROSPERITATEM.

ILLVSTRIS ET PRAENOBILIS DOMINE,
FAVTOR ET AFFINIS DEVENERANDE.


Aetor omnino, quoties ſpectabilis Nominis Tui Gloria & integerrimi Favoris Tui memoria mentem meam reficit; ſiquidem celebris

bris Tua fama, meritorumque Tuorum ſplendor, quibus Sacræ Majeſtatis Regiæ Boruſſiæ Clementiam acquiſiviſti, & hactenus cum eximio applauſu conſervaſti, me etiam præclaræ TVAE Perſonæ cultorem fecit: Lætor porro, tanto Viro affinitate me conjunctum eſſe, ejusque Favore & Benevolentia frui, de cujus candore mentis, & virtuoſa vitæ integritate illuſtria inclaruere ſpecimina. Hanc præſtantiſſimæ TVAE Famæ dignitatem adauget Favor ille, quo bonarum ſcientiarum & artium Doctores & promotores amplecti, inſuperque elegantia & utilia ſtudia proſequi laudabili hactenus ſueuiſti ardore: Accedit, quod hactenus me ſingulari benevoli ac faventis affectus gradu amplexus & proſecutus fueris. Quare publi-

 co

co aliquo teſtimonio meam in TE propenſionem meumque TVI cultum declarare & probare hac malui occaſione, qua denuo ſub reliquis meis publicis officiis libellum quempiam in publicum emitto. Hunc itaque laborem ILLVSTRI TVO NOMINI bona nunc dico & inſcribo fiducia: Accipe hoc litterarium munuſculum placido & favente animo, idque tanquam ſinceræ mentis & officioſi affectus ſymbolum a me oblatum annuentibus adſpice oculis. Pia denique annecto vota, ut Fons perfectiſſimæ proſperitatis in Te Tuosque perennem cœleſtem & temporalem effundat benedictionem, indies augeſcentes animi ac corporis vires emittat, NOMINIS TVI ſplendorem accumulet, ſalutis Tuæ valorem confirmet, Regis

Augu-

Augusti Clementiam Tibi conseruet, Teque omnibus animi ac corporis bonis locupletet: ita sub Tuo Flore ac Honore, ut peto, ut voveo, Tuo etiam constanti Favore frui mihi licebit, qui ingenuo affectu permanebo

ILLVSTRIS NOMINIS TVI
SPLENDIDIDISSIME DOMINE CONSILIARIE INTIME
COLENDISSIME DOMINE AFFINIS ET FAVTOR

Dab. Halæ Magdeb. III. Calend.
Sept. A. O. R. MDCCXXVII.

Cultor officiosus & addictus

MICHAEL ALBERTI.



PRAEFATIO.



INter alios boni ac probati Medici characteres ille non infimæ dignitatis eſt, ut de rebus naturalibus ſcite, perite, ſolide, perſpicue, prudenter,& quantum fieri poteſt, ſub aliorum fide digna approbatione & conſenſione diſſerere queat, ne vana loquacitate, quicquid in buccam venit, proferat, neve ſibi ſoli tantum ſapere geſtiat, ſed aliorum ſententias & obſervationes attendat, comparet, confirmet & illuſtret: Latiſſimus enim campus, qui in foro Medico patet, non uno aut altero, ſed multis viris aditum concedit & injungit; quamobrem inventa, veritates & obſervationes non unius hominis ſunt negotium, ſiquidem celebri ac laudabili inſtituto Collegia & Societates in Italia, Germania, Gallia, Anglia erecta fuere, ſub quorum egregio conatu ac ſtudio indagatio rerum naturalium magis magisque effloreſcere, veritates inclareſcere, & utiliſſimæ obſervationes accreſcere ceperunt: Talis erudita occupatio tantum porro Medicinæ

attu-

attulit ornamentum & adjumentum, ut cum viris non vires & veritates medicæ defunctæ fuerint, ſed ut ſub qualibet eruditorum ſolitudine cum mortuis colloquia inſtitui, illorumque labores in multum ac varium uſum converti queant: Et quamvis veritas ſe ipſam tueatur, ac firmo fulciat teſtimonio, tamen eruditorum virorum ſuffragia illam adeo ſublevant, ut tanto citius & facilius aliorum applauſum & aſſenſum nanciſcatur; dum enim errare humanum eſt, ita & dogma quoddam, & aliquod factum, ex duorum & plurium ore & fide probatum, eo citius & certius veritatis fulgorem induit, atque famam præjudicii, credulitatis, ſuperſtitionis &c. declinat: Prudentis itaque viri ſtudium eſt, ut, quæ profert & in orbem litterarium emittit, non ut ſua æſtimet, ſed ut vera commendet; neque glorioſe ſibi laudem & honorem tribuat arrogetve; ſed potius ſciat, quod vel ante ipſum alii docti eandem coluerint veritatem, quæ ob viciſſitudines rerum ac temporum aliquandiu aut delituit, aut aliis opinionibus & falſis traditionibus obſcurata fuerat; quam vero nunc denuo ex ſuis ruderibus ipſe trahit, & ab aliis commentis purgat, hinc antiquiorum auctoritatem & induſtriam defendit, illorumque celebri aſſenſu nunc dupla gaudet fruge; Interea in conquirendo tali eruditorum ſuffragio, judicio & prudentia opus eſt, ne verbis conſona quædam adſerta, in rebus tamen eximie diſcrepantia, pro una eademque aſſumantur & circumferantur veritate: quid? quod tanta nonnulli dubia ac diffidente præditi ſunt indole, ut nihil rectum, certum & verum eſſe putent, niſi quod aliorum aſſenſu ac ſuffragio confirmatum eſt; Et quamvis veritas facti non hominum nitatur auctoritate, tamen a viris fide dignis bonoque judicio inſtructis diverſi effectus obſervari, & congruo loco applicari debent. Sed dum hodienum farragines ac

plau-

plaustra observationum prostant, ita in selectu illarum iterum prudentia & judicio opus est; nam multum refert exacte nosse, a quo tales casus medici observati & annotati sint, quoniam homines tantum curiositatibus immersi, novitates affectantes, gloriosi, inconstantis animi, obliviosi, negligentioris indolis, præcipitati studii, in aliena distracti, garruli & nugaces, &c. haud fide dignas observationes medicas in publicum usum emittunt, sed alios, ut cœcus cœcum, seducunt, ac vero & salutari successu destituunt. Sane eximia observationum & observatorum multitudo attentos postulat animos; siquidem non pauci hac observationum larva & gloria superbiunt, qui, denudata hac vagæ praxeos medicæ pelle, in fœdo Empiriæ cœno fluctuant, aut ad minimum aliquando, præter vel propriam affectatam, vel aliorum auctoritatem omni solido aliisque probato judicio destituti deprehenduntur. Quantæ enim fabulæ passim in observationibus medicis oberrent, quam fluctuans etiam sæpe in historiolis nonnullis deprehendatur animus, demonstratu haud est difficile. Interdum ex unica æquivoca curatione & sanatione per accidens mox solennes consarcinantur observationes; ast si ex tota Decade una observatio judiciose examinatur, justa resonat ingeminatio: ubi vero sunt novem? aut uti *D. Pfeiffer* in *præf. Pansophiæ Mosaicæ* dixit: *ubi est liber ad hunc titulum* hinc illæ lacrymæ, quod multæ observationes liberum progressum in foro medico lubricum & salebrosum reddant: Quicunque enim tantum ad sacram illam observationum anchoram provocant, illi sæpe ad Empiriæ atrium alios ablegant; Diffusæ enim observationum compilationes non reddunt Medicum, sed Empiricum: ob id judicii practici officium est, ut casus rariores, aut plane dubii & ancipites, a reliquis discernantur, & ad alios usus applicentur. Etenim multum refert, varios morborum eventus ex prævia

me-

medendi methodo, hominum natura, viribus, vitæ genere, diæta prægressa, climate &c. dijudicare, & cum aliis analogis morborum decursibus comparare. Interea tamen multum in artis Medicæ certitudinem & sinceritatem cedit, si quædam asserta & phænomena parallelis probari possunt testimoniis: & quamvis notitia talium testimoniorum & suffragiorum pro ornamento eruditionis medicæ inserviat, tamen formalem & essentialem hujus partem haud constituit; interim ejusmodi suffragia & attentos & certos reddunt animos, partim in dijudicundis & comparandis morbis, partim in proponendis & defendendis veritatibus: In hac solerti doctorum virorum conciliatione Medica scripta non adeo operosa & speciosa observantur, ac Jure consultorum labores communiter eminere videntur, qui nil sine lege, nil sine doctorum consensu vulgo proferre solent; haud infimam itaque dignitatem illi medici ex antecessoribus nacti sunt, qui aliorum probatorum virorum adsensu nituntur, adeo ut inter Medicos, qui unquam scriptis inclaruerunt, ob nominatam qualitatem indignabunda quædam concertatio orta sit, quemadmodum hoc titulo Zacutus Lusitanus & Caspar Rejes olim innotuerunt. Ne porro culpa novaturientis animi in quenquam devolvatur, quando notatu dignas quasdam observationes, nondum singulis cognitas & probatas, profert, propterea aliorum peritorum virorum inventa & annotata conferre necessitas postulat, quibus utiles animadversiones in veritate & sinceritate sua magis confirmentur, aliorumque approbationi instillentur: Et licet nonnullis Medicis non æque sub aliorum applausu veritates suas proponere placeat, propterea neutiquam talia suffragia & testimonia desunt, quibus alii illorum theoremata & observata illustrare & comprobare possunt: Interea ratio officii & oc-

 cupa-


cupationum non permittit, ut quilibet diffusæ scriptorum lucubrationi operam dare queat; neque mihi ille fugitivus librorum intuitus placet, quin rectius mihi ad minimum perplacuit, librum, quem perlustrationi subieci, ab introitu ad finem perlegere: Ita factum est, ut, quantum reliqua mea officia concesserant, varios in qualibet Facultate auctores perspexerim, & ex iisdem pro meo gustu ac modulo varia excerpta collegerim, ex quibus aliqua illo tempore, dum per DEI bonitatem & Regis clementiam Academiæ fasces tenui, in ordinem congessi, alia ad aliud reservare volui tempus; quapropter hunc libellum utpote Tentamen aut Prodromum in lucem emisi, in fronte vero nonnullos auctores & libros nominavi, qui sub manibus meis volutarunt, licet multos alios, quos quidem in frontispicio non recensui, sparsim allegaverim: neque indignum illud æstimavi institutum, ut ad plenum & perfectum Lexicon aut Gazophylacium observationum medicarum aditus paretur, quo in cuiuslibet thematis pertractatione idonea quædam doctorum virorum testimonia inveniantur & conferantur. Talis conatus neque unius, neque decem virorum labor est, hinc mutuæ applicandæ sunt manus, siquidem in meæ Jurisprudentiæ medicæ altera parte pauca aliorum sunt; Viri cordati vero est, ut Deo & publico bona fide inserviat, & pro suarum virium modulo artis emolumentum adjuvet, nec sibi tantum placere studeat, sed aliorum suffragia admittat. Offero itaque hoc opusculum benevolis omnium ingenuorum virorum oculis. Promitto vero cum Deo proxime & intra exiguum temporis ambitum Supplementum ad hoc opusculum, in quo Acta Naturæ Curiosorum & Eruditorum Lipsiensia, quæ in hoc tentamine non nisi cursorie & sparsim excerpta sunt, pleniori cura & in-

integra, una cum nonnullis aliis auctoribus in similem Lexici speciem redacta: optarem etiam, ut aliqui e choro & foro Medico perlustrandos, excerpendos & congerendos sibi sumant seligantque scriptores Physiologos, alii Pathologos, quidam observatores anatomicos, nonnulli chymicos, aliqui quosdam in hanc vel illam Materiæ Medicæ partem commentantes &c. &c. ad quod laudabile institutum vel ipse mentem consultatricem & manus auxiliatrices, divina annuente gratia, conferre mallem. Interea totus spero, quod tales labores quilibet Bibliopola necessariis impensis, quo publico usui reddantur, sit excepturus & promoturus; in qua posteriori solicitudine atque cura & ego sincerum adjutorium bono affectu polliceor, insuperque pro viribus allaborabo, quo ad imprimendum & publicandum talem laborem honestus & gratus comparetur editor. Inde fiet, ut completum tale Lexicon cum Deo & die eximio cum fructu in publicum emittatur, quod specialioribus titulis omnes scitu dignas observationes medicas subministrat. Præsens Tentamen, dum in hoc instituto glaciem frangit, ad minimum ex voluntate mea & secundum negotiorum meorum cumulum æstimari debet: quemadmodum nec ipse ullum ei tribuo perfectionis initium, sed pro manuductione, aut ad minimum pro honesta & amica intentione, provocatione & compellatione habeo, quo alii viri celebres meis petitis & consiliis

 an-

annuentes præbeant aures, & imposterum meam opellam meumque conatum præstantioribus imitationum speciminibus collustrent; non mihi in tali instituto ullum tribuo honorem, sed cum delectatione voti mei compotem me judicabo, si clarissimi viri ac Medici tali labore litteraturæ medicæ firmamentum & ornamentum promovebunt: forte prudentioribus & a fœdis præjudiciis liberioribus conatus & scripta mea haud nauseam aut vomitum movebunt, ne ipsi utpote poma natantia haberi debeant, qui iniqua & ridiculâ censura aliorum labores denigrare, & bonarum scientiarum atque artium promotoribus exosos reddere volunt: Interim me brevi hoc præfamine omnium cordatorum virorum benevolo affectui commendo, malevolorum vero & invidiæ livore ac prægrandis auctoritatis præjudicio turgentium censuram non curo; de reliquo singulis cœlestem benedictionem bona voluntate apprecor. Dabam Halæ Magdeb. III. Calend. Septembr. A. O. R. CIƆ IƆ CC XXVII.

Au-



Auctores in hoc Lexico occurrentes.

SAlmuthi Observationes.

Barthol. C. h. *Bartholini* Anatomicarum Historiarum Centuriæ.

Barthol. C. E. Ejusdem Epistolæ Medicæ.

Barthol. Ejusdem Acta Hafniensia.

Tulpii L. c. *Tulpii* observationes Medicæ. Lib. cap.

Zwingeri Diss. pag. *Zwingeri* Dissertationes selectæ.

Borelli C. obs. *Borelli* observationes cent. obs.

Zittm. M. Cr. C. *Zittmanni* Medicina critica. cent. cas.

Merclini Casus incantationum.

Lent. Iiat. *Lentilii* Iiatromnemata Medico-Practica. Ejusdem Miscellanea Medico-Practica.

Hœchst. D. c. *Hœchstetteri* observat. Medicin. Dec. cas.

A. N. C. Dec. ao. obs. it. Cent. *Acta Naturæ Curiosorum* (a Decuria I. ad cent. X. inclus.)

Cattieri observationes.

Bootius de affectibus omissis.

Rossii Consultationes & observat.

Quæstelius de pulvinari morientibus non subtrahendo.

Möllenbroccius de Arthritide Vaga Scorbutica.

Zac. Lus. P. A. *Zacuti* Lusitani Praxis admiranda. Ejusdem Medicorum Principum Historiæ. Editio in fol.

Simon

Simon de Impotentia conjugali.
Frankenau Satyræ Medicæ.
Garmannus M.M. Miracula Mortuorum.
Kornmannus M. M. Mir. Mort.
Ejusd. Mir. viv. Miracula vivorum.
Hildani obſervationes Chirurgicæ.
Rejes Campus Elyſius jucundarum quæſtionum. Editio in 4to.
Marcelli Donati Hiſtoria Medica mirabilis.
Langii Epiſtolæ Medicinales.
Bravo de Medicinæ dogmaticæ præſtantia.
Ejusdem Reſolutiones & Conſultationes Medicæ.
Gabelchoveri Curationes & obſervat. Medicinales.
Beccheri Phyſica ſubterranea.
Diemerbrœck obſervationes.
Blegny Zodiacus Gallicus.
Plateri obſervationes. Edit. Baſil. ao.1614.
Henr. Smetii Miſcellanea Medicorum.
Alberti Iurisprudentia Medica.
Ejusdem Praxis extemporanea.
Hagendornii obſervationes & Hiſtoriæ Medicæ.
Reinzer Meteorologia Philoſophico-Politica.
Reineri Solenandri Conſilia Medicinalia.

NB. Acta Naturæ Curioſorum, Eruditornm Lipſienſia & nonnulli alii authores curatiori & pleniori labore in titulos translata, proxime in Supplemento hujus Lexici exſpectanda ſunt.





AB.

A*Bdita* Naturæ & Pharmaca. vid. *Occulta*.
Abdomen introrſum tractum. A. N. C. Cent. 1. p. 432.
Abdominis & Tibiarum inflammatio cum aſthmathe & dolore ſiniſtri lateris Gabelch. Cent. I. Cur. 47.
& Hypochondriorum dolores cum Lipothymiis Gabelchov. Cent. 3. Cur. 58.
paracenteſis iterata. A. N. C. Cent. 3. p. 371.
percuſſio lethalis. A. N. C. Cent. 9. p. 278.
Tumor ſponte curatus. A. N. C. Dec. 3. ao. 9. obſ. 144.
Tumor verminoſus. A. N. C. Cent. 1. p. 108.
vulnus ſingulare. Hagendorn. Cent. 3. hiſt. 64. p. 363.
Abelis ſanguis ad Deum clamat Garm. L. 2. tit. 7. §. 100.
Ablactationis feſtum. A. N. C. Cent. 5. p. 213. ſeq.
Abortus conſideratio medico-legalis. Alberti Jur. Med. P. 1. p. 127. §. 5.
Abortus & Animatio fœtus. Alberti Jurispr. Med. P. 1. C. 6. p. 115-117.
Abortus cum mola Barth. C. 3. H. 1. it. A. N. C. Cent. 7. p. 217.
cum magno ſanguinis profluvio ex utero. Gabelchov. Cent. 1. cur. 88. & Cent. 3. cur. 68.
Abortus cum retentione ſecundinarum A. N. C. Dec. 2. ao. 1. obſ. 100
cum Lochiorum fluxu deſtitutus A. N. C. Dec. 2. ao. 4. obſ. 171.
remedium. A. N. C. Cent. 9. p. 140.
Abortum præcavendi & retinendi auxilium. Zac. Luſ. P. A. L. 2. obſ. 161.
præcavendi remedium fontinella & V. S. Zac. Luſ. P. A. L. 2. obſ. 159-161.
excludendi remedium Z. Luſ. P. A. L. 2. obſ. 162--165.
frequens præcavendus. Alberti Jur. Med. P. II. p. 505. Caſ. 40.
periodicus & conſuetudinalis an detur? & eius præcautio. ibid. P. II. p. 511. Caſ. 50.

Acidu-

Acicula deglutita. vid. *Acus. Deglutitio.*
Acicula deglutita. A. N. C. Dec. 1. ao. 4. obſ. 86. it. Dec. 2. ao. 7. obſ. 106. Hagend. cent. 1. hiſt 81
Aciculæ deglutitæ varia exempla. Rejes qu. 92. p. 1177. 1178. n. 2. Reiſnerus obſ. med. 56
Aciculam oeſophago infixam detrudendi modus. A. N. C. Dec. 1. ao. 3. obſ. 141. 223
Acicula ſine noxa deglutita. ib. Dec. 2. ao. 3. obſ. 59
Aciculæ deglutitæ per urinam excretio ib. cent. 1. p. 111
per anum emiſſæ. Blegny Zod. gall. ao. 1680. Apr. obſ. 5.
Acicula deglutita per inguinis abſceſſum exitum quærens. Ruyſchii obſ. anat. chir. obſ. 55
Acicula prodiens ex abſceſſu vmbilicali. A. Berol. Vol. 6. p. 73
per crus poſt annum egrediens. Rod. a Caſtro de Morb. mul. c. 26. Schol.
Acidulæ & thermæ quid ſint? Becch. Ph. S. L. 1. S. 2. c. 1. n. 3. p. 44. & S. 6. c. 7. p. 532
Acidulæ Würtenbergicæ. A. N. C. cent. 1. p. 358
Acidularum Egranarum laus. A. N. C. cent. 9. p. 275
Acidularum copia tanta vnde? *Becch.* Ph. ſubt. L. 1. S. 2. c. 1. n. 5. p. 45
ſingularis operatio. A. N. C. cent. 5. p. 32
ab *Acidularum* uſu varia ſymptomata, quæ excoriationi cutis non ſanatæ ſupervenerunt. Gabelch. cent. 1. cur. 48
Acmellæ uſus A. N. C. cent. 1. p. 285. app.
Aconitum venenum vegetabile. Albert. Jurispr. Med. P. I. p. 261. §. 21
Acrochiriſmus quibus hoc exercitium apud Hipp. conſtabat. Lang. L. 1. Ep. 52. p. 266
Aculei foramen in Scorpione Africano. A. N. C. cent. 3. p. 58
Acum, qua cadaver in funebri veſte fuit conſutum, ad impotentiam virilem cauſandam uſurpant. Kornm. M. M. P. 5. c. 22
Acus deglutitæ varia exempla. Rejes qu. 92. p. 1177. 1178. n. 2
NB. vid. *Natura. Deglutitio, Acicula.*
Acus deglutita ex crure erumpens. Meinichen. obſ. 21
Acus deglutita poſt menſem per cervicem circa aurem excluſa. Rej. qu. 92. p. 1176. n. 1.
intra veſicam intruſa. A. N. C. cent. 5. obſ. 42

Acus

AF.

AG.

Agros

Alter-

AM.

Anima hominis an sit immortalis? *Garm.* L. 2. tit. 10. §. 16
hominis rationalis quo tempore corpori infundatur. *A. N. C.* cent. 1. p. 130. app. *Rej.* qu. p. 656
hominum quod ex traduce proveniat, & quidem ex anima Adami, qui asseruerint. *Rejes* qu. 51. p. 654. *Thomas.* diss. de orig. Animæ Sect. 3. §. 157. qui vero hanc sententiam refutarint. *Rejes* ibid. p. 16. & 655. 656
hominum creatur. *Rejes* qu. 51. p. 655. n. 32
hominis tertio, septimo, 30. 35. 40. 50. 80mo conceptionis die quod a Deo infundatur, qui adseruerint. ibid. p. 656
generationem perficit. *Becch.* Ph. S. L. 1. S. 4. c. 5. p. 210. n. 6. 7. *Spener.* Wiedergeb. Pr. 60. p. 966. it. p. 1615. *Lütkemann.* P. II. c. 2.
est causa vitæ. *Frank.* p. 56. 57. vid. *Vita.*
& vita simul. *Thomas.* Not. ad Lancel. L. 4. §. 7. p. 2101
movens principium in corpore humano. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 6. obs. 2. *Becch.* Ph. S. L. 1. S. 4. c. 4. p. 210. n. 5. *Digby* de immort. anim. cap. 5--9
corpori imperat. *Zac. Lus.* M. P. H. L. 1. hist. 15. p. 28. b.
incorporea corpus movet. *Garm.* L. 2. tit. 3. §. 25
Animæ humanæ miræ potestates. A. *N. C.* cent. 1. obs. 23
Anima hominis an sit incorporea. *Garm.* L. 2. tit. 10. §. 17. 18. *Greg. Nyssen.* opif. hom. c. 15
potest esse in corpore sine operatione. *Becch.* Ph. S. L. 1. S. 5. c. 1. n. 44. 45. p. 288. it. S. 6. c. 8. p. 768
Animæ a corpore solutæ sensus auditus & visus tribuitur, quod *Augustinus* de visione Genandii attestatur. *Merkl.* p. 37
aliquandiu in corpore defuncti commorari possunt. *Garm.* L. 2. tit. 7. §. 64
vinculum cum corpore. *Garm.* p. 58. §. 83--90
æthereæ vocantur. *Garm.* L. 2. tit. 10. §. 76
Animam naturam esse, veteres statuerunt. *Janus Huartus* in Scrutinio ingeniorum.
Animam causam vitæ naturalis esse. vid. *Spenerus* Evangel. und Epistol. Sont. Andachten P. III. Festo 3. pasch. p. 449. 450. Epistol. Sont. And. domin. 15. Trinit. p. 183. Lauterk. des Evangel. Christenth. Tom. II. Fest. Vis. Mariæ p. 329. von der Wiedergeb. 55ste Predigt p. 880. seq.

Ani-

Animam triplicem refutavit. *Joh. Bodinus* in theatro naturæ Lib. 4. de anima p. 485. 487. 489

Animæ & Spiritus convenientia & differentia occasione dicti S. S. Geist, Seel und Leib. vid. *Lutherus* Tom. I. Altenburg. fol. 758. Jenens. Tom. I. fol. 479. *Spen.* Theol Bed. P. I. c. 2. art. 5. Sect. 2. p. 151. 152. Sect. 28. c. 1. p. 180. Sect. 74. p. 326. Sect. 1. p. 129. Part. II. c. 3. art. 4. Sect. 2. p. 389. c. 5. art. 2. Sect. 18. p. 762. 770. Sect. 44. p. 895. Glaubens-Trost Festo 1. Pentec. p. 5. Epistol. Sont. Andacht. Fest. 3. Pentec. p. 492. Dom. 8. Trinit. p. 98. 99. von der Wiedergeburt 62ste Pred. p. 997. letzte Theol. Bed. P. I. c. 1. Sect. 50. p. 276. n. 3. Lauterk. des Evangel. Christenth. Fest. Visit. Mariæ p. 329. 330. *Dannhauer.* Hodosophia Ph. 5. p. 420

Anima brutorum quod sit ignea. *Garm.* L. 2. tit. 9. §. 16

brutorum noctiluca. *Garm.* L. 2. tit. 9. §. 14

brutorum divisibilis. *Verulamius* in hist. vit. & mort. art. 15. §. 32

puerorum sine baptismate decedentium. *Kornm.* M. m. P. VIII. c. 18

Animæ propagatio. *Valent.* Pand. Med. leg. P. I. Sect. 1. cas. 21. *Spener.* Wiegergeb. p. 19. 127. 386. 773. 774. *Thomas.* disp. I. & Chr. Thom. Not. ad Lancelot. L. 4. §. 7. p. 2101

propagatio per creationem & infusionem. *Bellarmin.* de amiss. grat. L. 4. p. 389

Anima a solo patre provenit. *Meisnerus* Phil. Sacr. P. I. p. 921. Comachius de Anima c. 2. p. 48

a sola matre quod proveniat. *M. W. Ch. Ursinus* Epist. *Oswald. Vliani* Progymn. de Anima creat.

Animam a patre & matre simul provenire. *Iac. Thom.* disp. pecul. Sect. 4. §. 17

Animam propriam an fœtus in utero habeat. *Aman.* Iren. qu. 4. p. 55

Anima & spiritus divisibilis. *Acta Apost.* c. 17. v. 26. *Spener.* Sontags-Andachten Dom. Lætare p. 240. Glaubens-Lehr Dom. 13. Trinit. p. 1086. Wiedergeburth 23. Pr. p. 386. it. Pr. 48. p. 774. ejusd. Nachlese Pr. 6. p. 107

Anima rationalis per traducem quod propagetur, primus statuit. *Theod. Thummius*, quem acerrime perstringit *Wechtlerus* de homine or. & occid. L. 1. disp. 9

Animam e semine patris a Deo creari aperte *Lutherus* fatetur.

Animal

AQ.

A*qua*. *Jonston*. Tavmatograph. Cl. 2. c. 3. 4. 6. *Rohault*. Tr. phyſ. P. III. cap. 3.
A*qua*, & Aër nutrit homines. vid. *Nutrit*. it. *Vivere*.
A*quæ* ſalubris indicium. *Lang*. L. 1. Ep. 44. p. 219.
frigidæ uſus in balneo. vid. *Frigidum* & *Balneum*. *Potus*.
frigidæ perfuſio ſphaceli &c. cauſa. *Hild*. c. 346. 50
frigidæ nimius potus cauſa Arthritidis. *Gabelch*. cent. 2. curat. 55
frigidæ potum mentis alienatio ſecuta. *Hild*. c. 4. obſ. 38
frigidæ lotio cauſa Arthritidis. *Gabelch*. cent. 3. cur. 33
frigidæ lotio oculis noxia. *Hildan*. cent. 1. obſ. 27
frigidæ potus poſt corporis exercitium variorum ſymptomatum cauſa. *Gabelch*. cent. 4. cur. 26. *Hildan*. cent. 3. obſ. 47. 48. 50
frigidæ cura eſt periculoſa in dyſenteria. *Hild*. cent. 4. obſ. 43
frigidæ hauſtus lipothymiam & ingentem ventriculi dolorem cauſatur. ib. cent. 5. obſ. 29
dulcis balneum mors ſecuta *Hildan*. cent. 6. obſ. 96
frigidæ an purgationis die exhibendæ. *Rejes* qu. 74. p. 1005
frigidæ hauſtu febricitans ſubito moritur. *Hild*. c. 3. obſ. 48.
ſtygiæ hauſtus exitioſus remediis domeſticis curatus A. *N. C.* Dec. 3. ao. 7. obſ. 77
A*qua* paludoſa rubicunda & ſanguinolenta. A. *N. C.* cent. 1. p. 193. & 209. app. *Garm*. L. 2. tit. 6. §. 26
e capite multa excreta. *Barth*. A. H. V. 2. obſ. 40
ex utero gravidæ duobus menſibus ante partum innoxie effluens. A. *N. C.* Dec. 2. ao. 2. obſ. 100. *Salmuth*. c. 2. obſ. 59
aranea ebibita. *M. Donat*. L. 2. c. 12
miſcetur cum Vitriolo, Borrace, Nitro, & Sale. *Becch*. Ph. S. L. 1. S. 2. c. 1. p. 44
petrefaciens. A. *N. C.* Dec. 2. ao. 5. obſ. 232. *Rohault*. Tr. phyſ. P. III. c. 10. §. 13. *Blefken*. in deſcriptione Islandiæ c. 6. p. 50. *Lucas* in ſuo Itinerar. *Breyn*. in Epiſt. de melonibus petrefactis *Gaſſendus* in vita Peireſcii L. 2. *Rzaczynski* in hiſt. nat.urioſ. regn. Poloniæ Sect. 1. Tr. 4. p. 116. A*cta Er. Lipſ*. ao. 1722. menſ. Januar. p. 13. 14. A*cta* Angl. *Oldenb*. ao. 1665. menſ. Novembr. n. 5. p. 77. *Happel*. Relat. curioſ. P. II. p. 586. *Sachſ*. de mir. lap. nat. p. 70 81. A. *N. C.* cent. 9. obſ. 82. *Sturm*. phyſ. hypoth. Tom. 1. p. 536. phœn. 6
petrefacta. A. *N. C.* cent. 9. p. 186

Aqua

A*qua* qua mortuus lavatur sedat nimium & abusivum appetitum. A. *N. C.* Dec. ao. 4. obs. 146
centralis vaporosa & tepida est. *Becch.* Ph. S. L. 1. S. 2. c. 2. p. 65
A*quæ* centrales in scaturigines abeunt. *Becch.* Ph. S. L. 1. S. 2. c. 2. p. 66
A*qua* pluvialis. A. *N. C.*. Dec. 3. ao. 7. obs. 44
A*quæ* pluvialis efficacia. *Zac. Lus.* M. P. H. L. 1. hist. 7. p. 13. b.
A*quæ* minerales asylum nonnullorum Medicorum. A*lberti* Jurispr. Med. P. II. p. 470
de A*quæ* natura. *Sturm.* phys. hypoth. Tom. 2. p. 204. *Honor. Fabri* phys. Tr. 5. L. 2. prop. 210. *Gassendus* in animadv. in 10. L. Diog. Laërt. *Cartesius* in Princip. philos. P. IV. n. 48. & de Meteoris c. 1. n. 3. *Hamel.* phys. general. Tr. 1. diss. 3. c. 4. p. 89
A*quæ* supracœlestes. *Pfeiffer.* dub. vex. p. 5. seqq. *Burnet.* in histor. tell. sacr. L. 2. c. 8. p. 515. 516
ex A*quæ* potu in tertiana pleuritis. *Hagendorn.* cent. 2. hist. 53. p. 228
A*quæ* medicatæ Canstadienses. A. *N. C.* cent. 1. p. 358
sulphureæ Laurovienses. A. *N. C.* cent. 7. p. 49
medicatæ minerales lapidescentes aliæque. *Reinzer.* Meteorol. diss. 9. qu. 8. p. 211
minerales ardentes. A. *N. C.* Dec. 1. ao. 4. obs. 171
vitæ vires. A. *N. C.* cent. 3. p. 43
nitrosæ unde? *Becch.* Ph. S. L. 1. S. 2. c. 2. p. 82
Aquæ fortis potus correctus & curatus. *Hoechst.* Dec. 3. p. 226. A. *N. C.* Dec. ao. 4. obs. 119
Aqua fortis epota. *Bor.* c. 4. obs. 28. A*lberti* Prax. Extemp. cas. 25
ab A*qu*a forti noxa. *Hagendorn.* cent. 3. hist. 81. p. 392
A*qua*, quæ gravior, quæve levior. *Garm.* L. 2. tit. 3. §. 23
in qua corpora submergere non possunt. *Garm.* l. c. §. 3
A*quæ* Ægyptiorum. cur in sanguinem conversæ. *Garm.* L. 2. tit. 7. §. 39
supra cœlestes. A. *N. C.* cent. 9. p. 543
marinæ ponderosæ melius ferunt naves, quam flumina. *Garm.* L. 2. tit. 3. §. 3
A*quarum* præcipue marinarum splendor. *Garm.* L. 2. tit. 9. §. 59
de A*quarum* circulo perpetuo. *Sturm.* phys. hypoth. Tom. II. p. 192. 224. 230
de A*quis* calidis. *Reinzer.* Meteorol. diss. 9. qu. 7. p. 206

Aquis

Arthritis. *Plater*. obſ. L. II. p. 458. *Gabelch*. cent. 1. cur. 88. *Diemerbr*. obſ. 92. peſtilens. *Gabelch*. cent. 5. cur. 97
menſtrua. *Barth*. c. 3. h. 63
convulſiva cum Tetano. *A. N. C.* cent. 3. p. 16
hæreditaria. *Plater*. obſ. L. II. p. 473
anomala. *A. N. C.* cent. 1. p. 341
epidemica A. *N. C.* cent. 1. p. 12. app.
vaga ex terrore ib. Dec. 3. ao. 9. obſ. 7
hæmorrhoidalis. A. *N. C.* cent. 7. p. 100. obſ. 53
nodoſa ſingularis. *Blegny* Zod. gall. ao. 1679. Nov. obſ. 7
puerorum & infantum. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 8. obſ. 12. (NB. hoc caſu autor Hippocratis aſſertum deſtruere conatur, quo dixit, quod pueris podagra non eveniat.)
cum febre tertiana. *Gabelch*. cent. 2. cur. 57
terrore curata. *Salmuth*. c. 1. obſ. 48
tortura ſanata. *Hildan*. cent. 1. obſ. 79
ira ſanata. *Barth*. A. H. V. 3. obſ. 74
poſt partum. *Plater*. obſ. L. II. p. 460
cum ſubſequente febre Hectica & putrida. ibid. p. 469
& præſertim Gonagra in viro & muliere. ibid. p. 460. 463
generalis poſt particularem Podagram. ibid. p. 465
Arthritis vaga ſingularis. *Hagendorn*. cent. 3. hiſt. 22. p. 309
Arthritis vaga ex nimio Sacchari uſu. ibid. hiſt. 23. p. 310
vaga cum tumore ſub clavicula lethalis ibid. hiſt. 24. p. 311
puerorum. ibid. hiſt. 26. p. 314
in *Arthritico* nullus effectus Veſicatorius. *Hagendorn*. cent. 3. hiſt. 96 p. 411
Arthritidis cum tumore circa uterum remedia. *Solenand*. Sect. 1. Conſ. 19
Arthritidis conſilium & remedia. *Solenand*. Sect. 1. Conſ. 20. it. Sect. 4. Conſ. 22--24
Arthritis cum Melancholia & renum affectu *Solenand*. Sect. 4. Conſ. 21
Arthritidis exquiſita ſigna diagnoſtica & curatio. *Solenand*. Sect. 4. Conſ. 25
in *Arthritide* cum Cacochymia juncta conſilium. *Solenand*. Sect. 5. Conſ. 8
in *Arthritide* Mercurii inunctionis infelix ſucceſſus. *Hildan*. cent. 4. obſ. 82

AS.

Afini-

Aſthma molitoribus in Holſatia familiare. A. *N.C.* Dec. 3. ao. ſ. obſ. 63
Aſthma ab inſpiratis halitibus. *Ramazini* de morbis artificum & literatorum *Riedlin.* Lin. Med. Menſ. Junio lib. ſ. p. 162
Aſthma flatulentum. A. *N.* C. Dec. I. ao. ſ. & 6. obſ. 2. p. 1ſ
Aſthma convulſivum flatulentum. A. *N,* C. Dec. II. ao 7. obſ. 116. p. 119. §. 202
Aſthma a variolis ſpiritu ſalis ammoniaci optime curatum. A. *N.* C. Dec. 3. ao. 2. obſ. 126. p. 187
Aſthma a ſcabie retropulſa. A. *N.* C. Dec. 3. ao. ſ. & 6. obſ. ſ8. p. 148. in append.
Aſtma diuturnum a materia gypſea in pulmonibus. *Bonetus* ſepulchret. anatom. lib. 2. Sect. I. p. ſſſ
Aſthma periodicum convulſivum ſtratagemate curatum. A. *N.* C. Dec. 3. ao. ſ. & 6. obſ. 117. p. 243
Aſthma periodicum a flatu tumidis inteſtinis & lapide inſignis magnitudinis in cyſtide fellea. *Bonetus* ſepulchr. anat. lib. 2. Sect. I. obſ. 147 p. ſ4ſ
Aſthma cum obſtructione viſcerum. *Gabelch.* cent. I. cur. 6.
cum difficili ſputi rejectione & gibbo. *Gaaelch.* cent. 3. cur. 87
cum doloribus punctoriis ſiniſtri lateris. *Gabelch.* cent. 2. cur. 96
cum tuſſi. ibid. cent. 3. cur. 84. 8ſ
cur empyemate. ibid. cent. 3. cur. 87
humidum fonticulo curatum. A. *N.* C. cent. ſ. p. 320
veſicatoriis in ſuris applicatis curatum. A. N. C. cent. I. obſ. 164. p. 333
curat ſyrupus laudatiſſimus. *Zac. Luſ.* P. A. L. I. obſ. 123
convulſivum cum fovea ſub ſterno. *Hagendorn.* cent. I. hiſt. 90. p. 130
a coalitu pulmonum cum coſtis. ibid. hiſt. 91. p. 132
Aſtra & orbes cœleſtes utrum ſint inevitabilis cauſa naturalis interitus. *Bravo* P. I. diſp. 4. Sect. 2. Reſol. ſ. p. 133
Aſtra habent influxum in corpora inferiora & ſublunaria. *Rejes* qu. 95. p. 110--116
animas demortuorum in ſe recipere. *Garm.* L. 2. tit. 10. §. 72. ſeq.
Aſtrorum motus & lunæ configurationes an obſervare debeat Medicus ad ſanguinem mittendum, vel purgandum. *Rej.* qu. 7ſ. p. 1006
Aſtrologia, quid de ea ſentiendum? *Smet.* Miſc. L. 4. Ep. ſ.

Astrologia judiciaria vana e. g. vom Kinder entwehnen, Haar abschneiden &c. *Rejes* qu. 75. p. 1019. 1020. *Schneideri* disput. *A. N. C.* cent. 1. p. 251. Gerbers unerkannte Sünden part. 3. c. 49. p. 971
medica vana prædicatur. *Rejes* qu. 75. p. 1023--1028
Medico quod sit necessaria, qui reputaverint. *Rejes* p. 75. p. 1015
Astrologiæ divinatricis observationes & mathematicæ ephemeridum tabulæ, an Medicis in ægrorum cura sint observandæ. *Lang.* L. 1. Ep. 35. p. 167
Astronomicæ curiositates refutatæ. *Becch.* Ph. S. L. 1. S. 4. c. 6. p. 249. n. 8

AT.

Atheroma renale. *A. N. C.* cent. 3. p. 2
Atheroma sub mento. *Plater.* obs. L. III. p. 658
Atmosphæra Erasm. Francisci Lust-Hauß der Ober-Welt p. 52. *Micrælii* Lexicon philosoph. *Barthol.* specimen phys. nat. p. 75. c. 11. qu. 4. *Kepplerus* de nova stella serpentarii c. 23. *Galilæus* in fine nuntii siderei. *Sturm.* Phys. Hypoth. Tom. II. p. 669. 987. *Cleric.* phys. L. 1. c. 12. §. 10
Atomi an dentur. *Hamel.* phys. general. Tr. 1. c. 2. p. 48. seqq. & *Rohault.* Tr. phys. P. 1. c. 9. *Barthol.* specim. phys. nat. c. 3. qu. 1. p. 21. *Petr. Gassend.* in animaduers. suis in Lib. 10. Diog. Laërt. & in *Phys.* sua.
Atrabilaris vomitus chalybis usu leuatur. *Zac. Lus.* P. A. L. 2. obs. 15
vomitus per multos annos vitam cuidam concessit. *Z. Las.* l. c. obs. 14
Atrabilarius morbus. *Blegny* Zod. gall. ao. 1682. Mart. obs. 1.
Atramenti potio. *Bor.* c 4. obs. 40. *Rhod.* c. 2. obs. 51
Atreta. A. N. C. Dec. 2. ao. 10. obs. 159. cent. 7. p. 89. cent. 9. p. 384
Atretæ cuiusdam rarissima conceptio. *A. N. C.* Dec. 3. ao. 7. obs. 83
Atretus curatus. *A. N. C.* cent. 5. p. 327
Atretorum exempla. ib. cent. 3. p. 96. 463
Atrisia ani & pudendorum arte aperta. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 3. obs. 2. 3
vteri multiplex. *Frank.* Sat. p. 21. 22
Atrophia & scabies ex Hepatis intemperie. *Solen.* Sect. 3. Cons. 1
Atrophia cum vomitu quotidiano. *A. N. C.* cent. 5. p. 205
Atrophiæ cura. *Zac. Lus.* P. A. L. 1. obs. 136
cura cum arcano duplicato & Tinctura vitri Martis aperitiva. *A. N. C.* Dec. 1. ao 3. obs. 250
Atrophia in febre Hectica, continua. *Plater.* obs. L. III. p. 694. 698
Attritio ventriculi curatur. *Zac. Lus.* P. A. L. 2. obs. 3.

Attritione nuda fortiori aurum fulminans accensum. *A. N. C.* Dec. 2. ao. 10. obs. 153

AV.

Auctoritas Medici in causa vulnerum maxime valet. *Alberti* Iurispr. Med. P. 1. c. 1. §. 28. b.
Medici præ Chirurgo prævalet in lethalitate vulnerum. ibid.
Auditus cornutus. *Barthol.* Ep. anat. rar.
in *Auditus* difficultate consilium. *Solennad.* Sect. 2. Cons. 10. 11
Auditus restitutio. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 1. obs. 35
diminutus. *Gabelch.* cent. 1. cur. 60
officula qui invenerint. *Frank.* p. 614. 615
Auditus imbecillitas simulata. *Alberti* Iur. Med. P. I. p. 104. §. 13. vid. *Surditas.*
Aversio animi adversus sponsum indeque orta Epilepsia. *Alberti* Iur. Med. P. 1. suppl. p. 407. §. 30
Avenæ vis diuretica. *A. N. C.* cent. 9. p. 526
Augustæ vindelicorum descriptio physico-medica. *Hoechst.* Dec. 3. c. 1. p 303--340
Avis Paradisiaca. *Barth.* c. 6. hist. 56
charadria. *Lang.* L. 2. Ep. 36. p. 723
Aves an hyeme in calidiores terras avolent? *Frank.* Sat. p. 2. 30-33
Avium Canariensium mors subitanea ex amygdalis amaris. *A. N. C.* Dec. 3. ao. 1. obs. 156
Avibus Linguam soluere. vid. *Lingua.*
Auri acicula insinuata feliciter extracta. *Hildanus* cent. 1. obs. 6
Auri insinuatum pisum feliciter eductum. *Hildanus* cent. 1. obs. 5
in *Auris* meatum nucleus cerasi intrusus naturæ beneficio per suppurationem expulsus. *Hildanus* c. 3. obs. 4
in *Auris* meatum immissus globulus vitreus, causa gravissimorum symptomatum. *Hildanus* cent. 1. obs. 4
Auris mordicus abrupta *Plater.* obs. L. III. p. 557
Auris nativa occlusio. *Barth.* c. 6. h. 36. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 6. obs. 178
dolore laborans usu opii emortua. *Zac. Lus.* L. 1. obs. 166
dolor scarificatione curatus. *Zac. Lus.* P. A. L. 1. obs. 69
& tonsillarum inflammatio cum insigni dolore. *Gabelch.* cent. 3. cur. 64
dextra occlusa. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 6. obs. 178

sinistra

Basi-

Calcu-

Caryo-

Cata-

CE.

Cephalalgia periodica pediluvio sanata. *A. N.* C. Dec. 1. ao. 2. obs. 247
periodica & pertinax ex hydrope cerebri. *A. N. C.* cent. 3. p. 30
venerea cum empl. de ran. cum Mercurio Vigonis curata. *Barth.* cent. 3. Ep. 55
crudelis incantationis suspecta, ex turgescentia menstruorum. *A. N. C.* Dec. 2. ao. 6. obs. 69
mira & obstinata. A. *N.* C. Dec. 3. ao. 9. obs. 188. *Hildan.* cent. 4. obs. 6
per decennium durans. *A. N.* C. cent. 9. p. 203
diuturna ex verme postmodum per nares excreto. *Blegny* Zod. gall. ao. 1679. Apr. obs. 3
suturarum cranii disjunctionem causatur. vid. *Cranium. Hild.* cent. 2. obs. 7
& oculorum passiones ex visu & odore rosarum. *A. N. C.* Dec. 2. ao. 2. obs. 140. ao. 10. obs. 3
ex lapide in nervis opticis. *Blegny* Zod. gall. ao. 1679. Apr. obs. 14
a lapillo intra duram piamque matrem reperto. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 8. obs. 48
ex verrucis duræ matris orta. *A. N.* C. cent. 1. p. 139
ex lactatione. *A. N. C.* cent. 1. obs. 46. p. 117
a vermibus. *Barth.* c. 6. h. 3
ex ebrietate. *Tim. a Guldenklee* L. 1. c. 5
cum delirio. *Gabelch.* cent. 1. cur. 49
insignis cum sudore capitis. ibid. cent. 4. cur. 47
hypochondriaca impraegnatione sublata. *A. N.* C. cent. 3. p. 297
per saphenam apertam profligata. *Rhod.* c. 1. obs. 73
hirudinibus temporibus applicatis curata. *Zac. Lus.* P. A. Lib. 1. obs. 9
a natura devicta. *Tulp.* L. 1. c. 32

Cephalalgiæ magnum remedium sunt hirudines. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 6. obs. 9
consensus cum solis ortu & occasu. *A. N. C.* Dec. 1. ao. 6. obs. 8
cum dolore & stupore brachii & fluxu humorum in fauces & gingivas. *Solenand.* Sect. 1. Cons. 5. 6

Cephalalgia contumacissima setacei ope curata. *Hild.* c. 4. obs. 7

Cerasus in aure. *Bor.* c. 1. obs. 10. *M. Donat.* L. 1. c. 12

Cerasi nucleus auris meatui intrusus sponte per suppurationem expulsus. *Hild.* cent. 3. obs. 4. vid. *Auris.*

Cerebelli admiranda structura. *A. N. C.* cent. 5. p. 157

Cere-

Chirurgum a Medico diſtinguit *Hippocrates* Lib. de Flatibus & decenti ornatu. vid. *Galenus* 6. Method. c. 8. de Morb. vulg. L. 6. c. 5. *Celſus* L. 7. c. 1

de *Chirurgia* partim Medica, partim inſtrumentali ſcripſerunt *Hildanus* obſ. chir. *Guido* de Cauliaco Tr. 7. chirurgiæ, *Severinus* de effic. Medic. & ſynopſis chirurgica, it. recondita abſceſſ. natura, *Scultetus* chirurg. *Barbette* chirurg. *Dolæus* Encyclop. chir. *Horne* Microtechne, *Foreſtus* obſ. chir. *Paræus* in chir. *Aquapend.* in chir. *Vidi Vidi* chirurg. *Paracelſ.* chir. magna, *Agricola* chir. parva, *Müys* chir. rational. *Felix Wurzius* in prax. chir. *Glandorpius* in ſpeculo chirurgico, *Ieſſenius* Inſtit. chir. *Conr. Geſnerus* de Medicinæ & chir. præſtantia & antiquitate, *Solingius* & *Guilemaū* operat. chir. *Rüyſchius* operat. Anat-chirurg. *Palfyn.* operat. chirurg. *Roſſius* & *Mekren* obſervat. chirurg. *Marchette* obſerv. Med. chir. *Muſitanūs* in Trutina chir. *Sennertus*, *Etmüller*, *Clerk*, *Münnick*, *Dionis*, & *Heiſterus* in chirurgia.

Chirürgia non ab Æſculapio, Podalirio, Machaöne orta. *Frank.* Sat. p. 29. 30.

infuſoria in canibus. *A. N.* C. Dec.. Dec. 3. ao. 9. obſ. 204

Chirürgiæ infuſoriæ ope chronici & deſperati morbi curati. *A. N.* C. Dec. 3. ao. 9. obſ. 77. Breßl. Geſch. 4. Verſ. p. 989. 1089

Chirurgi reverentiæ in Medicum parænesis. *Alberti* Iurispr. Med. P. II. p. 596

Chirurgorüm error in bubone curando. *Zac. Lūſ.* P. A. L. 3. obſ. 123

ignorantia inexpiabilis in curandis articulorum vulneribus, phlegmone obſeſſis. *Lang.* L. 1. Ep. 3. p. 16

Germaniæ temeritas in Cauſonis cura. *Lang.* L. 1. Ep. 4. p. 22

cæca ignorantia in cæca cranii fractura curanda. *Lang.* L. 1. Ep. 5. p. 27

ignorantia in methodo curandi vulnera, pyrobolis cum glande plumbi aut æris facta, qui vanum in extinguendo pulveris nitri ardore ſibi negotium faceſſunt. *Lang.* L. 1. Ep. 9. p. 39

Chirurgi phlebotomatos qua temeritate ſanguinem abſorbere tremulum cogant. *Lang.* L. 1. Ep. 8. p. 36

Chirürgo, an Medico magis ſit credendum? vid. *Fides.*

Chirürgus alterius curam non inique cenſere debet. vid. *Cenſura.*

Chirur-

CI.

CO.

Cobal-

Coïtus nimii damna. *Rejes* qu. 46. p. 565. 566
nimius animi deliquii causa. *Zac. Luſ.* P. A. L. 2. obſ. 116
nimius electuario minuendus. *Zac. Luſ.* P. A. L. 2. obſ. 17
caput imbecille reddit. *Schenk.* L. 4. Genit. maſc. obſ. ult.
aſſiduus camphoræ uſu minuitur. *Zac. Luſ.* M. P. H. L. 3. hiſt. 20. p. 521
in & poſt *Coitum* ſanguis emiſſus. *Hagendorn.* cent. 2. hiſt. 42. p. 212
ſub *Coitu* mortui & rigidi corpore deprehenſi homines mas & fæmina. *Garm.* L. 1. tit. 11. p. 17. *M. Donat.* L. 4. c. 17
ex Coitu mortui. *Kornm.* Mir. Mort. P. 4. c. 80
Coïtus ſine ulla ſeminis ejectione. *A. N. C.* Dec. 3. ao. 5. 6. obſ. 287. *Alberti* Iur. Med. P. 1. p. 54
cum multa flatuum emisſione loco ſeminis. *Aetius* Tetrabibl. 3. Serm. 3. c. 35. *Am. Luſit.* cent. 6. cur. 95. *M. Donat.* L. 4. c. 18
an ægrotis conducat. *Alberti* Iur. Med. *P.* 1. p. 79. §. 2
Coitus ante partum nocivus. *Salmuth.* c. 2. obſ. 69
Coitus unanimis & voluntaria inter conjuges abſtinentia non eſt cauſa divortii. *Alberti* Iurispr. Med. P. 1. c. 2. §. 12. d.
doloroſus an virginitatem teſtetur. ibid. P. 1. p. 66. §. 8
an ſit remedium altercationis. ibid. P. 1. p. 79. §. 2
Coitus ſanguineus. *Bor.* c. 4. obſ. 17
cum puella quinquenni caſus horrendus. *Simon.* Imp. conj. c. 2. th. 4. n. 22
cum brutis, & ipſius pœna. *Simon.* Imp. conj. c. 4. th. 1. n. 1. 4. A. *N. C.* cent. 9. p. 552
cum brutis inchoatus, ſed non peractus mitius punitur. *Simon.* l. c. c. 4. th. 1. n. 6--8
cum brutis ſanitatis cauſa aliquando commendatus. *Simon* l. c. c. 4. th. 1. n. 5
Sodomiticus, vid. *Sodomia.*
cum peſtiferis innoxius. *Garmann.* L. 2. tit. 2. §. 37
cum infectis vivis & mortuis nocivus. *Garm.* L. 2. tit. 2. §. 43
cum mortuis ejusque pœna. *Kornm.* M. M. P. 9. c. 40. *Simon* Imp. conj. c. 2. th. 4. n. 14. 19--21. *Garm.* L. 1. tit. 9. §. 1. *Alberti* Iur. Med. P. 1. p. 375. §. 7
cum pictura & ſtatua. *Simon* Imp. conj. c. 2. th. 4. n. 18
viri cum ore fæminæ, & pœna illius. *Simon* Imp. conj. c. 2. th. 4. n. 24--29

Coitus

Coli-

Conceptio sine coitu. *Pomponius Mela* lib. 3. c. 10. de Æthiopicis quibusdam fœminis scribit, quod sine maris coitu concipiant: quam relationem. *Rejes* Camp. Elys. qu. 41. p. 498. falsam declarat. *Rhodiginus*, Ambrosius, *Basilius Morus*, *Ælianus* vulturum fæminas sine coitu imprægnari asserunt. vid. *Sinnibaldus* Geneanthrop. Lib. 1. tr. 3. c. 4. seq. Fæminas sine maris coitu generare posse, *Galenus* Lib. 2. de Semine absurdum esse credit. Ex *imaginatione* natus vid. *Bartholinus* cent. 6. hist. 61

Conceptio ex sola affrictione penis seminisque aspersione ad orificium matricis externum. *Guillemeau* de hûreux accouchement. L. 4. c. 19. *Collect. Med. Phys.* c. 3. obs. 63. *A.N.C.* Dec. 1, ao. 3. obs. 233. *Mœnichs* obs. 13. *Lenzonius* in Notis ad hunc locum p. 43. *Bohnius* Exerc. Physiol. 24. de generat. §. 2. *Fabr. ab Aquap.* Operat. Chirurg. it. *Riolan.* Antropog. L. 2. c. 34. *Frank.* Sat. Med. p. 20. *Bohnius* Med. Forens. Spec. 3. §. 9. *Anton. Sidobre* de Variol. & Morb. p. 60. *Dœbelius* obs. Anat. p. 240. *Afaytati* Consid. Phys. & Astron. c. 2. *Harvæus* generat. animal. *Deusingius* de generat. fœt. extra uterum Sect. 3. §. 67. de Genesi Microcosmi. P. 1. Sect. 2. §. 69. *Eberhard.* de hominis & bruti ortu. p. 31

Conceptio sine penis intromissione, it. de semine a mare in balneum emisso. *Alberti* Iurispr. Med. P. 1. c. 2. §. 13. d. it. p. 404. it. §. 21. p. 35. *A. N.* C. Dec. 1. ao. 3. obs. 273

Conceptio falsa. A. *N. C.* Dec. 1. ao. 1. obs. 1. A*lberti* Iurispr. Med. P. 1. p. 137. *Solenand.* Sect. 4. Cons.

in insomnio. A. *N. C.* cent. 3. p. 108. A*lberti* Iurispr. Med. P. 1. c. 2. §. 13. c. 1. P. II. p. 194. 200

tubaria. *A. N. C.* Dec. 3. ao. 4. obs. 77. cent. 7. p. 25. Dec. 1. ao. 4. p. 64. app. A*lberti* Iur. Med. P. 1. p. 93. 94

tubaria partum post se relinquit. vid. *Tubaria.* *Conceptio.* B*legny* Zod. gall. ao. 1679. Decembr. obs. 1.

imperforatarum. A*lberti* Iurispr. Med. P. 1. c. 2. §. 13. d. it. p. 404

impossibilis virginitatis claustro non violato. *Rejes* qu. 41. p. 491. 492. seqq.

possibilis judicata virginitatis claustro non violato. ibid. p. 492-494-497

illæsa virginitate facta historiis probatur. ibid. p. 492-495

Con-

Consuetudinis mentionem facit Hipp. Sect. 2. aph. 49. 50. *Galenus* de adsuetudine c. 2. 3

Consuetudo est altera natura. *Galen.* de Temper. L. 2. c. 4. de simpl. facult. L. 3. c. 15 de motu Musc. c. 7. de off. Med. com. 3. test. 20

Consuetudinis vis. *Bohn.* off. Med. dupl. c. 4. p. 78. 79. *Rejes* qu. 93. p. 1187. seqq. *Zac. Lus.* M. P. H. L. 6. hist. 18. p. 963. *Frank.* Sat. Med. p. 393. §. 97

ex *Consuetudine* odor suaveolens rustico adversus. *Rejes* qu. 93. n. 7. *Lemnius* pe occult. naturæ Mirac. L. 2. c. 9

ob *Consuetudinem* vitæ in mari, piscator a nimiis odoramentis in syncopen delapsus. ad littus maris denuo delatus & cum limo & algo coopertus, subito convaluit. *Rejes* qu. 93. p. 1190. 1191. n. 7

Consuetudo utrum differat a temperamento acquisititio. *Bravo* P. I. disp. 3. Sect. 2. p. 101

Consuetudo vitæ generis durioris in homine, qui ex meliori vitæ genere mortuus, ex viliori vero denuo convaluit. *Solenand.* Sect. 5. Cons. 15. n. 16. *Rejes* qu. 93

in somno. *Frank.* Sat. Med. p. 393. §. 97

in cibo & potu. *Rejes* qu. 93. p. 1188. n. 2. *Galen.* de rat. vict. text. 21-24

in evacuationibus. *Rejes* p. 1189. n. 3

in potu tepido. ibid. vid. *Potus.*

in fonticulo perferendo. ibid. p. 1189. n. 5

in perferendis venenis & purgantibus. ibid. p. 1189. n. 16

Consuetudo ab *Aristotele* L. 21. probl. 14. describitur, quod sit habitus ex frequenti actione s. passione impressus, propter quem promptius & diutius & cum delectatione operamur & patimur. vid. *Galenus* de consuetud. c. 2. & 3. *Valesius* Controv. L. 8. c. 5. *Christ. a Vega* Lib. art. med. Sect. 2. *Valeriola* loc. comm. L. 1. c. 6.

Consuetudo præcipuam in Medicinam habet vim, ita vt a clarissimis Medicis Natura adventitia nuncupetur. *Galen.* de Temper. L. 2. c. 4 & de Simpl. L. 3. c. 18. de Motu Musc. c. 7. de off. Med. Com. 3. test. 20.

Consuetudo prava difficillime dimovetur. *Galen.* L. 2. de Hipp. & Plat. decret. c. 3

Consuetudo Hæmorrhagiarum. *Rejes* qu. 93. n. 4

Consuetudo num in curatione respici debeat. *Rod. a Castro* in Med. Polit. L. 2. c. 13

Con-

Con-

Corde vulnerato aliquot dies homo vixit. *Henr. ab Heer* obſ. 11
adhuc vivens, non exigua ſui parte putrefacta. *Hild.* c. 2. obſ. 27
Cor vulneratum in 4tum diem vivens. *A. N.* C. Dec. 2. ao. 3. obſ. 113. 114
phthiſici diſſecti os continens. *Barth.* c. 1. h. 50. & c. 2. h. 45
marcidum factum. *Zac. Luſ.* P. A. L. 1. obſ. 142.
morbo conſumtum. *Frank.* p. 139
incombuſtibile. *Garman.* L. 1, tit. 7. §. 14. 15
in quo folium viride Siſymbrii repertum. *A. N.*C. Dec. 1. ao. 1. obſ. 41
in quo anguis repertus. *Zac. Luſ.* P. A. L. 1. obſ. 140
Calculos continens. *Zac. Luſ.* P. A. L. 1. obſ. 141. *Blegny* Zod. gall. ao. 1680. Iun. obſ. 1
cervi lapide repletus. *Barth.* c. 6. h. 93
avari poſt mortem inter nummos repertum. (wo euer Schatz iſt, da iſt auch euer Hertz) *St. Saccenſis* in vita Antonii c. 49. *Frank.* p. 139. *Kornm.* M. M. P. 4. c. 29
